MVSICA THEO RICA

Ludouici Foliani Mutinenſis: docte ſi-
mul ac dilucide pertractata: in qua
quãplures de harmonicis inter-
uallis: non prius tentatae:
continentur ſpecu-
lationes.



¶Si uero omnino prætermiſſa unitate: ternarium ad binarium: & quaternarium ad ternarium: & ſic in infinitum ſemper immediate maiorem numerum ad minorem comparaueris: ſtatim ſuperparticularis generis ordinate conſurgẽt ſpecies: Quarum quælibet a ſua parte aliquota denominatur: nam illa proportio cuius pars aliquota fuerit dimidium: uocabitur ſeſquialtera: illa autem proportio cuius pars aliquota fuerit tertia pars: appellabitur ſeſquitertia: & ſic de ſingulis ſecundum iſtum ordinem in infinitum procedendo: pro quo talis figura deſcribatur.



¶Generis autem multiplicis ſuperparticularis in ordine generum tertii: ſpecies producentur: Si cuiuſlibet ſuperparticularis proportionis minor terminus addatur maiori: & reſultanti rurſus addatur iſdem minor: & ſic ſucceſſiue: cuilibet reſultanti ſemper addendo eundem minorem: tunc enim quilibet numerus